

Aduertencias para

Summi Pontifices Ordinibus militaribus con-
cesserunt, quæ aliis Religionibus Mendican-
tibus, & Monachalibus minime gentium sunt
applicanda. Professoribus enim militarum
concessum est, ut possint ducere uxores, et ve-
tro Matrimonio copulari: et ut possint testari
debonis suis patrimonialibus, et etiam de red-
ditibus Ecclesiasticis certa quantitate suis
Monasteriis relinquendo, et alia similia, quæ si
per consequens Ordinibus Mendicantibus,
& Monachalibus censerentur communicata,
totus eorum decor, et fortitudo periret, imo
deficerent à veris Religionibus, cum status
Matrimonialis verè Religionis effentię con-
tradicat. Ita docet Frater Emanuel. Tom. I.
qq. q. 55. art. Ultimo. Et in penultimō docet
ex Cordua in Additionibus ad Compendium
Tit. Communicatio priuilegiorum in fine, il-
li, quibus communicantur priuilegia aliorum
Ordinum, ac si illis specialiter concessa fuissent,
quales sunt Mendicantes, et etiam alii
Religiosi, de quibus supra, possunt æ qualiter,
& ex quo gaudere prædictis omnibus pri-
uilegiis sibi communicatis, etiam contra il-
los, quibus concessa fuerunt, per quorum com-
municationem ipsi gaudent prædictis pri-
uilegijs.